



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

V. De Laudibus,

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

§. 10. In Matutinis Clero sedendum est ad Lectio-
nes, & vbi est consuetudo, ad Responsoria.

TITVLVS V.

De Laudibus.

Carem. Epif.
lib. 2. c. 7.

1. **E**Xpleto Hymno *Te Deum* Celebrans inci-
pit Laudes, in quibus omnia respectu ser-
uantur circa intonationem Antiphonarum, Psal-
morum, Hymni, & alia quae de Vesperis soleffi-
bus superius dicta sunt. Nam statim finito Hym-
no *Te Deum* absolute inchoabit Laudes cantan-
do *Deus in adiutorium* signando se signo Crucis a
fronte ad pectus, prout ibi dictum fuit. Antipho-
nas eodem modo; & ijdem praintonabunt Ca-
nonicis digonibus, vt in dictis Vesperis eadem-
que obseruabuntur in sessione, surrectione, &
reuerentijs, dum psalmi & Antiphonae decan-
tantur, quae ibidem dicta sunt. Sic etiam quoad
Capitulum, & Hymnum: & cum inchoatur
Canticum *Benedictus* imposito thure in thuribu-
lum, thurificat Altare, prout ibidem explicatum
fuit.

Carem. Epif.
lib. 1. c. 28. &
lib. 2. c. 7.

2. Organum quoque ad Hymnum, & Can-
ticum *Benedictus*, & in fine psalmorum poterit
adhiberi, cum norma, & regula superius tradita.
Denique omnia alia fient prout in Vesperis latius
enarratum fuit. Ad sunt tamen duo Assistentes
tantum parati, & non plures. Dicto autem versu
Fidelis anima, si Hora prima continetur, dis-
cedit cum illis, si minus, dicit prius Anti-
phonam B. Mariae cum suo versu & Oratione, &
in fine Versum *Diuinum auxilium*.

Carem. Epif.
lib. 2. c. 7.

3. Reliquae Horae Canonicae non solent soleffi-
miter celebrari, nisi forte Prima in vigilia Nati-
uitatis.

V. Tit. V.
dum est ad Lectio
nsonaria.

nitatis Domini, & sæpè Tertia in quibusdam lo-
cis, ad quam assistit Celebrans albâ & stolâ indu-
tus & circa finem, parant se Ministri Sacri in Sa-
cristia, ut ea finita assistant statim Celebranti.

V.

TITVLVS VI.

De Vesperis, & Matutinis pro Defunctis.

Celebrans inci-
a. respectuê ser-
honorum, Plal-
speris sollemp-
nino finito Hym-
naudes cantan-
signo Crucis a-
fuit. Antiphon-
tonabunt Ca-
esperis, eadem-
turrectione, &
phona decan-
etiam quoad
m. inchoatur
re in thuribu-
n explicatum
um, & Cano-
orum poterit
erius tradita.
esperis latius
o. Assistentes
autem versu-
nuetur, dis-
prius Antio-
Oratione, &
olent solena-
igilia Nati-
uisatio.

1. **Q**uia in officijs Defunctorum diuersæ ab-
alij ceremoniæ in multis obseruantur, *Carem. Epist. lib. 2. c. 10.*
ideo de eis est subiungendum: Et primò de Ves-
peris, & Matutinis, quæ celebrantur quotannis
pro commemoratione, & suffragijs omnium fi-
delium Defunctorum immediate post secundas
Vesperas festiuitatis omnium Sanctorum, quæ
simul, & iunctim in multis Ecclesijs recitari so-
lent; hoc est statim post Vesperas omnium San-
ctorum, Vesperæ, & Matutinæ Defunctorum ad
hoc, ut populi commodius, & frequentius illis
interesse possint.

2. Postquam igitur in secundis Vesperis om-
nium Sanctorum per Hebdomodarium facien-
tem officium obseruata fuerint, ea omnia, quæ
suprà part. 5. tit. 1. expressa sunt de Vesperis solem-
nibus, & ipsis secundis Vesperis expletis Heb-
domadarius paratus pluuiali nigro supra super-
pelliccum aut saltem, stola nigra, parumper sedet
in suo loco atque interim mutari poterit pallium *Carem. Epist. ibidem*
Altaris, & Candelæ, videlicet remoris albis ap-
poni ex cetera communi poterunt.

3. Post paululum moræ surgit Hebdomada-
rius & detecto capite, versus altare dicit secretò *Carem. Epist. loca citata.*
Pater noster vsque in finem, & Chorus incipit An-
tiphonam *Placebo Domino, &c.* illam integrè re-
citando; qua finita & incepto psalmo *Dilexi ca-*
pua

Carem. Epist. lib. 2. c. 10.

Carem. Epist. ibidem

Carem. Epist. loca citata.

pua